



priusquam in
 lumina form
 μηχανόρραφοι,
 & Celsissimo
 Academias G
 quam velis &
 abjecto metu
 pennialisticas
 tesseras subin
 defunt, qui su
 ferales aves n
 DEVM & Ma
 eorum. tanti

manente pro
 fratibus deferendos à nobis esse. Temper
 cam ne subterfugite! Qui animum in flagit
 ipsis Calendis Juniis A. C. M DC LXI



[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the word 'REPETITUM' and 'PSENSI' visible at the top.]

R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Um juratissimus humani generis, præcipuè Christiani nominis, hostis sub serpentis recti & tortuosi schemate nobis sistitur, duo ipsius agendi cum hominibus media, violentia & fraudulentia veluti palam conspicienda nobis exhibentur. Quando vi apertâ in cassum se laborare sentit, ad fraudes & technas confugit, in varios gyros & sinuosa volumina se torquet, ut, quem sibi præfixit, scopum, si non omninò, quoadantenus tamen consequi valeat. De hac astutia & fraudulentia hymnus ille Scholasticus conqueritur: ô tortuose serpens, qui mille per mæandros (sinuosos anfractus, ut Mæandrus Asiæ minoris fluvius, priusquam in Ægæum mare sese exoneret, intra spacium à fontibus non adeo magnum vel sexcenta ejusmodi volumina formare Geographis dicitur) fraudesq; flexuosas Cor decipis mortale. *Μυγιότερ' ἔστιν* hunc Patrem isti *μυχανόρραφοι*, qui Pennalissimum vel ad orcum detestandum, edictis cassatoris tot Serenissimorum, potentissimorum & Celsissimorum Imperij Electorum, Principum ac Statuum severissimis abrogatum variis technis & fraudibus in Academiis Germaniæ ceu postliminij jure reintroducere nituntur, fenestram saltem latiore sibi aperiri, per quam velis & remis iterû invehere queant, exoptantes, imitantur. Non desunt enim Alastores, qui DEi & hominû abjecto metu, cum in publico non liceat, malitiæ suæ latibula quærant, extra loca jurisdictioni Academicæ subiecta pennalisticas actiones suas instituant, varios modos exenterandi juniores excogitent, quibus discernuntur invicem, tesseras subinde mutant, imò conspectum ipsius Magistratus in hæc & similia inqvirentis ceu præstigiis eludant. Nec desunt, qui sub lacero isto mendicabulorum, aut, ut aliis videntur, circumcellionum neqvissimorum habitu, veluti ferales aves non nisi sinistra portendentes, Magistratus supremi contemptores, & ut dicamus quod res est, adversus DEVM & Magistratum rebelles sui videndi copiam nobis iterum faciant. Quantumvis autem nihil intermissimus eorum, tantum non omne tempus functionibus aliis destinatum inquisitionibus & discussionibus actionû pennalisticarum dantes (quod etiam in publicum extantia tot programmata docere possunt,) quibus hoc malum ex imis fibris extirpari posset, sed tamen cur defecerimus, rationes allatæ manifestum cuilibet facere possunt. Dolemus sane, malitiam hanc eò processisse, ut etiam aliorum Celsissimorum Imperij Principum oculos in se convertat, quorum justissimis querelis commotus Serenissimus Sax. Elector, Magistratus & Protector noster clementissimus, subscriptione *αυτοχειρι* factâ, quarto currentis mensis ad Academiam rescripsit. Post aliqua &c. Nach dem uns aber dieses/ was uns unser's freundlichen lieben Bettern zu Altenburg Liebden berichten/ höchst bestreulich verdammet/ und wenn/ wie Sie benachrichtiget seyn/ es sich also verhält/ darob nicht unbillich ein ungnädigstes Mißfallen tragen/ in deme wir des beständigen unhindertreiblichen Vorsages verbleiben/ dieses hoch ärgerliche und schädliche Pennalwesen bey denen Unsrigen gänzlich aufzurotten und zuvertilgen/ und die Widerspenstigen/ ohne ansehen/ mit der in unserm edict enthaltenen Straffe zu belegen und zum Gehorsam zu bringen/ auch zu dem Ende noch unlängst den 14. Martii, wege derer/ so sich noch nicht gebührend außgekleidet/ gemessene Verordnüg geihan/ Als ist hiermit unser nochmahliges ernstliches begehren/ ihr wollet dieses und andern unsern hierinnen vielfältig ergangenen gemessenen Befehlen mit allem Ernst und Eysser schuldigst nachkommen/ ein Patent jüngstanbefohlnen massen mit fernerer gnugsamer Verwarnung förderlich anschlagen/ nach dergleichen contravenienten und delinqventen scharff nachforschen/ solche/ so ihr einen oder den andern antreffet/ als bald ohne ansehen der Person/ auch/ so nöthig/ mit Zuziehung des Raths assistentz und Hülffe bey'm Kopffe nehmen lassen/ nach Befündung des delicti, vermöge unser's edicti zu gebührender Straffe ziehen/ auch/ so offtes nöthig/ uns darvon schleimigsten Bericht erstatten/ und hierinnen durchaus nichts nachsehen/ so von andern zu einem ungleichen Exempel gezogen werden könne. Damit wir im wiederigen Fall und bey fernere einkommenden Klage nicht zu andern Mitteln zu greiffen/ und die höchststraffbare elusion unserer so vielfältig ergangenen Landesväterlichen Anordnungen so wohl gegen die Verbrechere und Uberscher mit ernst anzusehen veranlasset werden mögen.

Quare omnibus & singulis in hac Academia studiorum gratia viventibus, nisi maledictionem cum temporalem tum sempiternam (nec enim lucifugæ isti, quò minus *ἔσθινον ὄμμα* ipsos videat, efficere poterunt) & poenas in electorali rescripto severissimo contentas in se derivari velint, ut actiones istas pennalisticas, inprimis caudarum vulpinarum abscissiones, missas faciant, vestem mutant, Symbola & tesseras, quibus discernuntur invicem, abjiciant, & edicto pennalissimi cassatorio per omnia se conforment, præsentibts edicimus. Terminum autem monstris & Cyclopiibus istis, quos nec DEi nec hominum reverentia movere hætenus potuit, ultimum & decretorium proximam Dominicam JUBILATE figimus, severè præcipientes, ut intrâ definiti temporis spacium omnes notas atq; symbola, sive manifestæ mendicitatis, sive sub honestioris amictûs specie fallentis ludibrii (neq; enim non detecta nobis malitiæ fraus est) quibus se recentes ac novitios cujuscunq; ordinis aut nationis professi se sunt hætenus, exuant, neq; ea in se conspici amplius patiantur, sed habitum ac indumenta sumant justis, ut vocant, Academicis consveta ac solennia. Qui secus faxint, inq; suâ contumacia perseverantes vel agendo vel patiendo factionem Pennalisticam fovere pergēt, qui item advenientes peregrè his nundinis per compita præstolabuntur aut vexabunt, hi omnes & singuli ipso facto, tanquam rebelles adversus supremum Magistratum habebuntur pro relegatis, & quibus fieri poterit modis è societate nostra, nullâ familiæ, nullâ excusationis aut elusionis habitâ ratione ejicientur, hujus præcepti vim ac pondus certo suo cum malo experturi.

P. P. XIII. Apr. Anno MDC LXII.

RECEIPT
GOMMSTILUM P
IN ACADEMIA


662

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a receipt or a list of items, possibly related to the 'GOMMSTILUM' mentioned in the header.

Handwritten note: *Hand. Type*

Handwritten note: *1653.*






R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Um juratissimus humani generis, præcipuè Christiani nominis,

priusquam in A
lumina formar
μηχανόρραφοι, q
& Celsissimoru



Academias Germaniæ ceu postliminij jure reintroducere nituntur, fenestram saltem latiore sibi aperiri, per quam velis & remis iterum invehere queant, exoptantes, imitantur. Non desunt enim Alastores, qui DEI & hominum abjecto metu, cum in publico non liceat, malitiæ suæ latibula querant, extra loca jurisdictioni Academicæ subiecta pœnalisticas actiones suas instituant, varios modos exenterandi juniores excogitent, quibus discernuntur invicem, tesseras subinde mutant, imò conspectum ipsius Magistratus in hæc & similia inqvirentis ceu præstigiis eludant. Nec desunt, qui sub lacero isto mendicabulorum, aut, ut aliis videntur, circumcellionum nequissimorum habitu, veluti ferales aves non nisi sinistra portendentes, Magistratus supremi contemptores, & ut dicamus quod res est, adversus DEVM & Magistratum rebelles sui videndi copiam nobis iterum faciant. Quantumvis autem nihil intermissimus eorum, tantum non omne tempus functionibus aliis destinatum inqvitationibus & discussionibus actionum pœnalisticarum dantes (quod etiam in publicum extantia tot programmata docere possunt,) quibus hoc malum ex imis fibris extirpari posset, sed tamen cur defecerimus, rationes allatæ manifestum cuilibet facere possunt. Dolemus sane, malitiam hanc eò processisse, ut etiam aliorum Celsissimorum Imperii Principum oculos in se convertat, quorum justissimis querelis commotus Serenissimus Sax. Elector, Magistratus & Protector noster clementissimus, subscriptione *αυτοχρησι* factâ, quarto currentis mensis ad Academiam rescripsit. Post aliqua &c. Nach dem uns aber dieses/ was uns unsers freundlichen lieben Bettern zu Altenburg Liebden berichten/ höchstbestenndlich vorkommet/ und wenn/ wie Sie benachrichtiget seyn/ es sich also verhält/ darob nicht unbillig ein ungnädigstes Mißfallen tragen/ in deme wir des beständigen unhindertreiblichen Vorfalles verbleiben/ dieses hochärgerliche und schädliche Pœnalwesen bey denen Unstrigen gänzlich aufzurotten und zuvertilgen/ und die Widerspenstigen/ ohne ansehen/ mit der in unserm edict enthaltenen Straffe zu belegen und zum Gehorsam zu bringen/ auch zu dem Ende noch unlängst den 14. Martii, wege derer/ so sich noch nicht gebührend außgeleidet/ gemessene Verordnüg gethan/ Als ist hiermit unser nochmahliges ernstliches begehren/ ihr wollet diesen und andern unsern hierinnen vielfältig ergangenen gemessenen Befehlen mit allem Ernst und Eysser schuldigh nachkommen/ ein Patent jüngst anbefohler massen mit fernerer gnugsamer Verwarnung förderlich anschlagen/ nach dergleichen contravenienten und delinquenten scharff nachforschen/ solche/ so ihr einen oder den andern antreffet/ als bald ohne ansehen der Person/ auch/ so nöthig/ mit Zuziehung des Raths assistenz und Hülffe bey dem Kopffe nehmen lassen/ nach Befindung des delicti, vermöge unsers edicti zu gebührender Straffe ziehen/ auch/ so oft es nöthig/ uns darvon schleimigsten Bericht erstatten/ und hierinnen durchaus nichts nachsehen/ so von andern zu einem ungleichen Exempel gezogen werden könne. Damit wir im wiederigen Fall und bey fernere einkommenden Klage nicht zu andern Mitteln zu greiffen/ und die höchststraffbare elusion unserer so vielfältig ergangenen Landesväterlichen Anordnungen so wohl gegen die Verbrechere und Uberserher mit ernst anzusehen veranlasset werden mögen.

Quare omnibus & singulis in hac Academia studiorum gratia viventibus, nisi maledictionem cum temporalem tum sempiternam (nec enim lucifugæ isti, quod minus *ἐνδίκον ὄμμα* ipsos videat, efficere poterunt) & pœnas in electorali rescripto severissimo contentas in se derivari velint, ut actiones istas pœnalisticas, in primis caudarum vulpinarum abscissiones, missas faciant, vestem mutant, Symbola & tesseras, quibus discernuntur invicem, abjiciant, & edicto pœnalissimi cassatorio per omnia se conforment, præsentibus edicimus. Terminum autem monstris & Cyclopiibus istis, quos nec DEI nec hominum reverentia movere hætenus potuit, ultimum & decretorium proximam Dominicam JUBILATE figimus, severe præcipientes, ut intra definiti temporis spacium omnes notas atq; symbola, sive manifestæ mendicitatis, sive sub honestioris amictus specie fallentis ludibrii (neq; enim non detecta nobis malitiæ fraus est) quibus se recentes ac novitios cujuscunq; ordinis aut nationis professi se sunt hætenus, exuant, neq; ea in se conspici amplius patientur, sed habitum ac indumenta sumant justis, ut vocant, Academicis consveta ac solennia. Qui secus faxint, inq; suâ contumacia perseverantes vel agendo vel patiendo factionem Pœnalisticam fovere pergēt, qui item advenientes peregrè his nudinis per compita præstolabuntur aut vexabunt, hi omnes & singuli ipso facto, tanquam rebelles adversus supremum Magistratum habebuntur pro relegatis, & quibus fieri poterit modis è societate nostra, nullâ familiæ, nullâ excusationis aut elusionis habitâ ratione ejicientur, hujus præcepti vim ac pondus certo suo cum malo experturi.

P. P. XIII. Apr. Anno MDC LXII.

